



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

15. Negotiorum gestor, quis. Eius munus: item & executoris: varium  
quidem illud.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)



elect. cum in veteri. Sed sit consilij requisitio  
 ad hoc, vt videatur si posset alios in suam pro-  
 trahere sententiam: vt not. in d. c. cum olim.  
 Et per Ioan. Andr. in c. nullus ex consilio. de  
 regu. iur. lib. 6. Et ff. de arb. l. item, si unus. §.  
 si. cum l. seq. Licet talis posset dici honorarius  
 executor: ar. ff. de admi. tut. l. si plures. §. 1. 33.  
 dist. c. 1. ver. 1. Et extra de maio. Et obed. c. 1.  
 Fallit. 3. si testator dixit: quòd fieret executio  
 eius arbitrio: quia recedi non potest à perso-  
 na: vt. l. si quis arbitrato. cum. l. seq. ff. de verb.  
 obli. ff. de contrahen. emp. l. fin. ff. quarum re-  
 rum actio non detur. l. 1. in prin. Et sic erit  
 quasi executor Et honorarius, vt proxime  
 dixi.

- 14 † Septimò dici possunt negotiorum gestores  
 propter quandam, quam cum eis habent simi-  
 15 litudinem. † Quod Spe. non placet in versi. de  
 executore autem quæritur quoniam negotio-  
 rum gestor est, qui sine mandato alterius nego-  
 tium administrat. l. ait prætor. §. si. Et §. hac  
 actione. ff. de neg. gest. instit. de oblig. ex quasi  
 contractu. in prin. Sed executor gerit officium  
 cura Et sollicitudine cum mandato atq; com-  
 missione



DE EXECVT. VLT. VOLVNT.

missione: vt prædicta decret. Ioan. & l. si remunerandi. §. 1. ff. manda.

† Octauò, nonnulli tales appellant procura- 16  
tores quod domini voluntate negotia ipsius  
administrat, vt. l. 1. ff. de procura. Quod etiam  
Spe. ver. de executore. & versi ad secundum.  
apertissimè reprobat. Primò, quia mandatum  
procuratoris, domini constituentis morte fini-  
tur. vt. §. item. si adhuc. insti. mand. l. & quia.  
ff. de iurisd. om. iudi. Sed officium executoris, à  
morte constituentis inchoat. Item, quia procu-  
ra. non potest agere contrà dominum. Sed ta-  
men executor vltimæ voluntatis, agit contrà  
heredem, qui censetur dominus, & vnà cum  
defuncto esse persona. l. fin. C. de impu. & alijs  
substit. l. cum heredes. ff. de acqui. pos. l. cum  
notissimi. §. 1. C. de prescrip. 30. vel 40. anno-  
rum. Item, quia potest reuocare procuratorem  
re integrà. l. antè litem. ff. de procu. Sed tamen  
haeres, qui censetur dominus, vt prædixi: non  
potest reuocare executores: quoniam si hoc  
posset, voluntas defuncti ad effectum minimè  
perduci posset.

Nonò, à quibusdam hi† vocantur vicele- 17  
gatarij



gatarij seu vicecommissarij; quoniam, sicut  
 legatarij vel fideicommissarij, contra here-  
 dem agere possunt, quod alias minimè valerè.  
 Et ideò aggregant eos fideicommissarijs, quasi  
 vocabulo humaniori: argu. l. 1. C. communia  
 de leg. bene facit. l. si cum dotem. §. si patro. fi-  
 18 lia. ff. sol. matr. & Quod Spec. in versi. ad ter-  
 tium. reprobatur: quoniam legatarij & fidei-  
 com. ex testamento lucrum consequuntur. l. 1.  
 C. communia de legat. l. cum pater. §. surdo. ff.  
 de leg. 2. Sed isti executores regulariter lu-  
 crum pecuniarum non consequuntur. l. si quis  
 Titio. 10. ff. de leg. 2. Secundo, quia legatarius  
 & fideicom. non coguntur legatum vel fidei-  
 commissarium accipere, ut. l. nam quod. §. si.  
 & l. seq. & generaliter. ff. ad Treb. sed com-  
 missarius & executor bene coguntur: ut in-  
 fra dicam. Tertio, quia executores & legata-  
 rij vel commissarij diuersis nominibus appel-  
 lantur, ut. l. pecunia. & l. alio. ff. de ali. &  
 ciba. leg. & d. l. si quis Titio. 10. ergo non sunt  
 idem: argum. l. idem codicilli. C. de codicil.

19 Decimo, appellantur & loco vel vice here-  
 dum: quoniam nedum ab heredibus, verum-

etiam